

S. Accipies, vir clarissime, à Sylbúrgio Thúcydidea collectanea: quibus per-
lustratis, meum fateberis, scholia, præter novorum quorundam accessione,
aliubi emendata, aliubi redintegrata esse. Quod beneficium Reipúbli-
ce Augústana acceptum, referendum; cuius è bibliotheca ut alij alia non
paucæ ediderunt, ita hujus manuscripti Codicis utendi copia mihi facta ē.
Quod rei literariæ juvanda stúdiū in Senatu nostro ubi predicaveris,
ansam illi porriges similiter alijs gratificandi. Gesnerus idem præfatione ali-
qua fecit; nisi fallor & B. Vultanius, atq. ante hunc G. Canterus.

Ad Herodotum habeo παραβηρωδῆς Νούφιανας; verum eas, quas more suo
auctoribus à se plectis adscripsit. Verbi causa ad principium libri primi,
Ἡρόδοτος ἀλικαρνασσῆος Φιλανθρωπία συγγραφικῇ. ad periodum proxima
Περσέων μὲν Περσῶν διήγησις περὶ τῆς αἰτίας τῆς πολέμου τῶν βαρβάρων
πρὸς τοὺς Ἕλληνας. πάλῳ post, τοῦς ὑπὸ Φοινίκων ἀρπαγῇ. Deinde
εὐρώπης ἀρπαγῇ ὑπὸ Κρητῶν. & Μυδίας ἀρπαγῇ ὑφ' ἑλλήνων.
& Ἑλένης ὑπ' ἀλεξάνδρου ἀρπαγῇ. postea ὅτι οἱ Πέρσαι ἀπὸ τοῦ Ἰωνικοῦ
πολέμου τοῖς Ἕλλησι πολέμοιοι. Atq. ita ad marginem singularem pa-
ragmatum summa τοῦ κεμέντος annotavit. Quæ si aliusmodi censes mo-
menti esse (quanti hujusmodi περιόχας scribere sit facile) transcri-
pta ad te mittam. Bene vale, vir doctissime, at literas, ut facis, ju-
vare perge.

Pridie Calend. Junij, 1588 Augústa.

Tui studiosiss. & observantiss.

David Hoeschelius.

Clarissimo & doctissimo viro, D.
Henrico Stephano; domino plu-
rimam colendo.

Hoeschelius.